

- Cic., *Tusc.* 4, 16. *l u b i d i n i* ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium et cetera eius modi.
- Cic., *Tusc.* 4, 21. Quae autem *l i b i d i n i* subiecta sunt, ea sic definiuntur, ut ira sit libido poeniendi eius qui videatur laesisse iniuria, excandescencia autem sit ira nascens et modo existens, quae θυμωσις Graece dicitur, **odium ira inveterata, inimicitia ira ulciscendi tempus observans**, discordia ira acerbior intimo animo et corde concepta, indigentia libido inexplebilis, desiderium libido eius, qui nondum adsit, videndi.

-
- Cic., *prov. cons.* 47. *Ego, si essent inimicitiae mihi cum Caesare, tamen hoc tempore rei publicae consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem; possem etiam summorum virorum exemplo inimicitias rei publicae causa deponere.*

-
- Cic., *prov. cons.* 47. Io, se pure avessi personalmente dell'inimicizia per Cesare, oggi dovrei preoccuparmi dell'interesse dello Stato e riservare la mia inimicizia per un altro momento: potrei anche, seguendo l'esempio di eminentissimi cittadini, sacrificare la mia inimicizia al bene dello Stato.

-
- Cic., *prov. cons.* 20-21: ***Si ipsas inimicitias, depono rei publicae causa***, quis me tandem iure reprehendet, praesertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum consiliis atque factis mihi censuerim petenda. [...] Atque, ut vetera, quae sunt innumerabilia, mittam, tuus pater, Philippe, nonne uno tempore ***cum suis inimicissimis in gratiam rediit?*** Quibus eum omnibus eadem ***res publica reconciliavit, quae alienarat.***

-
- Cic., *prov. cons.* 20-21: Se metto da parte persino le mie inimicizie per il bene dello Stato, chi mi potrà giustamente biasimare quando mi sono proposto di conformare sempre tutti i miei disegni e le mie azioni all'esempio degli uomini più eminenti? [...] Ma, per lasciare da parte gli esempi antichi, forse che tuo padre Filippo (L. Marcio Filippo, console del 91, padre del console del 56), non si riconciliò contemporaneamente con i suoi peggiori nemici? E fu lo stesso interesse dello Stato a riconciliarlo con tutti, così come lo aveva reso loro nemico.

-
- Cic., *Flac.* 2. *Etenim cum a clarissimis viris iustissimas inimicitias saepe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus quemquam amicum rei publicae, postea quam L. Flacci amor in patriam perspectus esset, novas huic inimicitias nulla accepta iniuria denuntiaturum.*

-
- Cic., *Flac.* 2. L'esperienza diretta che io avevo di assai illustri personalità che avevano spesso rinunciato a ben fondati motivi di risentimento nei riguardi di cittadini benemeriti della patria, non mi faceva certo supporre che un buon patriota, una volta a conoscenza del patriottismo di Flacco, lo avrebbe all'improvviso attaccato come un nemico pur senza aver ricevuto alcun torto.

CIC. FAM. I.9, LETTERA
A LENTULO
SPINTERE DEL
DICEMBRE DEL 54

- 17. Lo prescrive ancora Platone, l'autore al quale in modo particolare mi ispiro (Critone 51b-c; ep. 5, 322a,b): in politica bisogna battersi nella misura in cui si possa far accettare la battaglia ai propri concittadini; e non si deve far violenza né ai genitori né alla patria (*'tantum contendere in re publica quantum probare tuis civibus posses'*).
- (...) 21. Non penserei di dover combattere contro un potere così formidabile (*nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes*), né di dover abolire la supremazia dei cittadini più eminenti se pure fosse possibile, e neppure di dovermi intestardire su di un'unica opinione davanti ai repentini cambiamenti di situazione e ai rapidi mutamenti d'umore dei migliori cittadini ma riterrei un mio dovere adattarmi ai tempi (*neque delendum, etiamsi id fieri posset, summorum civium principatum nec permanendum in una sententia conversis rebus ac bonorum voluntatibus mutatis, sed temporibus adsentiendum*).

367A (XIV, 13A)

Scr. Romae c. X Kal. Mai. an. 44.

⟨M.⟩ ANTONIUS COS. S. D. M. CICERONI

[1] Occupationibus est factum meis et subita tua profectio ne tecum coram de hac re agerem. Quam ob causam vereor ne absentia mea levior sit apud te. Quod si bonitas tua responderit iudicio meo quod semper habui de te, gaudebo.

[2] A Caesare petii ut Sex. Cloelium restitueret; impetravi. Erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio eius si tu concessisses. Quo magis laboro ut tua voluntate id per me facere nunc ⟨possim⟩. Quod si duriozem te eius miserae et adflictae fortunae praebes, non contendam ego adversus te, quamquam videor debere tueri commentarium Caesaris. Sed mehercule, si humaniter et sapienter et amabiliter in me cogitare vis, facilem profecto te praebebis et voles P. Claudium¹, optima in spe puerum repositum², existimare non te insectatum esse, cum potueris, amicos paternos. [3] Patere, obsecro, te pro re publica videri gessisse simultatem cum patre eius, non ⟨quod⟩ contempseris hanc familiam. Honestius enim et libentius deponimus inimicitias rei publicae nomine susceptas quam contumaciae. Me

deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum et tenero animo eius persuadere non esse tradendas posteris inimicitias. Quamquam tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abesse certum habeo, tamen arbitror malle te quietam senectutem et honorificam potius agere quam sollicitam. Postremo meo iure te hoc beneficium rogo; nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Cloelio daturus non sum, ut intellegas quanti apud me auctoritas tua sit atque eo te placabiliorem praebes.

Scritta a Roma circa il 22 aprile del 44.

IL CONSOLE MARCO ANTONIO A MARCO CICERONE

[1] A causa delle mie occupazioni e della tua partenza improvvisa è accaduto che non potessi trattare di persona con te questa faccenda. Perciò temo che il fatto che io sono stato assente mi renda parecchio insignificante a giudizio tuo. Quindi, se la tua bontà d'animo corrisponderà alla stima che ho sempre avuto di te, ne proverò gioia.

[2] Ho chiesto a Cesare di richiamare Sesto Clelio dall'esilio: l'ho ottenuto. Avevo in mente anche allora di far uso del beneficio di lui esclusivamente a patto che tu non avessi mosso obiezioni. Tanto maggiormente mi affanno a procurare che, con il tuo beneplacito, ora io possa farlo grazie al mio intervento diretto. Quindi, se ti mostri troppo severo con la vicenda triste e disperata di quell'uomo, non sarò certo io ad irrigidirmi in un contrasto con te, benché l'impressione mia sia che ho il dovere di osservare le disposizioni contenute negli appunti di Cesare. Ma, per davvero!, se sei disposto a pensare di me in termini di gentilezza, saggezza, amabilità, senza dubbio ti mostrerai disponibile e vorrai che Publio Claudio¹, un ragazzo che fa sperare ottimamente di sé², sia dell'opinione che tu non hai perseguitato gli amici di suo padre, mentre avresti potuto farlo. [3] Ti scongiuro di ammettere che, a quanto pare, tu sei stato in cattivi rapporti con suo padre per difendere una causa politica, non perché disprezzassi la sua famiglia. Il fatto è che più onorevolmente e più volentieri mettiamo da parte le inimicizie contratte in nome degli interessi dello Stato rispetto a quelle dettate da ostinata avversione. Poi

lascia che io già fin da ora indirizzi il ragazzo verso questo convincimento e persuada il suo animo delicato del fatto che le inimicizie non devono essere trasmesse ai discendenti. Benché io abbia la certezza, o Cicerone, che la tua sorte va esente da ogni pericolo, tuttavia sono dell'avviso che tu preferisci vivere una vecchiaia tranquilla e onorata piuttosto che turbata dall'inquietudine. Infine, a buon diritto ti chiedo questo favore, poiché non c'è cosa che io non abbia fatta per appoggiare te. Se non raggiungo il mio intento, non sono disposto, per quanto dipende da me, a garantire a Clelio il ritorno. Tutto ciò affinché tu capisca quanto conta nel mio giudizio la tua autorevolezza e per questo ti mostri più clemente.

Scr. in Puteolano VI Kal. Mai. an. 44.

CICERO ANTONIO COS. S.D.

[1] Quod mecum per litteras agis unam ob causam mallet coram egisses; non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu et oculis et fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. Nam cum te semper amavi, primum tuo studio, post etiam beneficio provocatus, tum his temporibus res publica te mihi commendavit ut cariorem habeam neminem. [2] Litterae vero tuae cum amantissime tum honorificentissime scriptae sic me adfecerunt ut non dare tibi beneficium viderer sed accipere a te ita petente ut inimicum meum, necessarium tuum, me invito servare nolles, cum id nullo negotio facere posses.

[3] Ego vero tibi istuc, mi Antoni, remitto atque ita ut me a te, cum his verbis scripseris, liberalissime atque honorificentis-

sime tractatum existimem, idque cum totum, quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarem, tum do etiam humanitati et naturae meae. Nihil enim umquam non modo acerbum in me fuit sed ne paulo quidem tristius aut severius quam necessitas rei publicae postulavit. Accedit ut ne in ipsum quidem Cloelium meum insigne odium fuerit umquam, semperque ita statui, non esse insectandos inimicorum amicos, praesertim humiliores, nec his praesidiis nosmet ipsos esse spoliandos.

[4] Nam de puero Clodio tuas partis esse arbitror ut eius animum tenerum, quem ad modum scribis, iis opinionibus imbuas ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. Contendi cum P. Clodio cum ego publicam causam, ille suam defenderet. Nostras concertationes res publica diiudicavit. Si viveret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. [5] Qua re, quoniam hoc a me sic petis ut, quae tua potestas est, ea neget te me invito usurum, puero quoque hoc a me dabis¹, si tibi videbitur, non quo aut aetas nostra ab illius aetate quicquam debeat periculi suspicari aut dignitas mea ullam contentionem extimescat, sed ut nosmet ipsi inter nos coniunctiores simus quam adhuc fuimus. Interpellantibus enim his inimicitiis animus tuus mihi magis patuit quam domus. Sed haec hactenus.

Illud extremum: ego quae te velle quaeque ad te pertinere arbitrabor semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. Hoc velim tibi penitus persuadeas.

Scritta nella casa di Pozzuoli il 26 aprile del 44.

CICERONE AL CONSOLE ANTONIO

[1] Per un solo motivo avrei preferito che tu avessi trattato a quattr'occhi l'argomento che affronti con me per lettera: non solamente dalle parole, ma anche dall'atteggiamento del volto, dallo sguardo e dalle pieghe della fronte, come si usa dire, avresti potuto scorgere l'affetto che nutro per te. Vero è che, come ti sono stato sempre affezionato, in primo luogo per la tua devozione, poi per l'incitamento originato dal favore che mi hai reso, così in questi frangenti gli eventi politici ti hanno raccomandato a me a tal segno che non ho nessun altro più caro di te. [2] Poi la tua lettera, scritta in tono non soltanto molto amichevole, ma anche deferente, ha fatto colpo su di me, sicché ho l'impressione di non fare un favore a te, ma di riceverlo da te che anzi la richiesta con tanto riguardo da rifiutarti di andar contro la mia volontà per salvare il mio nemico e tuo amico, mentre ti sarebbe possibile farlo senza nessun fastidio.

[3] Senza dubbio, o mio caro Antonio, accondiscendo a codesta tua richiesta e sono propenso a credere di essere stato

trattato da te, per le parole con cui ti sei espresso, con il massimo di generosità e di deferenza. Se ritengo che questo merito, comunque vadano le cose, debba essere attribuito e interamente a te, resta bene inteso che lo riconosco anche al mio spontaneo senso di umanità. Il fatto essenziale è che non c'è stato mai niente in me non solo di aspro, ma neppure un po' più doloroso o più duro di quanto richiedesse l'interesse dello Stato. Si aggiunge il fatto che nemmeno nei confronti di Clelio c'è stato mai un odio straordinario da parte mia ed ho sempre stabilito il criterio che gli amici dei nostri nemici personali non devono essere perseguitati, soprattutto se sono di condizione sociale piuttosto bassa e, d'altronde, noi stessi non dobbiamo essere privati di queste forme di protezione.

[4] Passando a parlare del ragazzo Clodio, io sono dell'avviso che il tuo compito sia quello di inculcare nella sua mente ancora plasmabile, tanto per usare la tua stessa espressione, idee tali da indurlo a credere che nelle nostre famiglie non si annida nessun senso di odio. Venni a contesa con Publio Clodio quando io difendevo gli interessi dello Stato, egli, invece, quelli suoi personali. Furono i valori dello Stato a segnare la decisione dei nostri contrasti. Se egli fosse ancora vivo, non persisterebbe ormai per me nessuna rivalità con lui. [5] Di conseguenza, poiché mi chiedi di favorirti, e precisi, però, che di quello che è il tuo potere non sei disposto a far uso contro la mia volontà, dovrai, se ti parrà opportuno, dare anche al ragazzo l'assicurazione derivante direttamente dal mio volere¹, non perché io, o per gli anni che ho sulle spalle debba sopporre un qualche pericolo suscitato da lui così giovane, o perché con il mio prestigio debba aver paura di una qualsiasi contesa, ma nell'intento di sentirci tra noi stessi più uniti di quanto lo siamo stati finora. Di fatto, poiché in passato le inimicizie creavano ostacoli fra noi, il tuo animo mi è stato più accessibile della tua casa. Ma di questo, ora, basta così.

Un ultimo punto: ogni cosa che riterrò rispondente ai tuoi desideri e riguardante te, la farò senza il minimo di esitazione, ma col massimo dello zelo. Vorrei che te ne persuadessi profondamente.

Scritta nella casa di Pozzuoli il 26 aprile del 44.

CICERONE AD ATTICO

neget esse quicquam iucundius. [6] Sed haec quoque hactenus.

Redeo enim ad miseram seu nullam potius rem publicam. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sex. Cloeli¹¹; quam honorifice, quod ad me attinet, ex ipsius litteris cognosces (misi enim tibi exemplum); quam dissolute, quam turpiter quamque ita perniciose ut non numquam Caesar desiderandus esse videatur, facile existimabis. Quae enim Caesar numquam neque fecit neque fecisset neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis

proferuntur. Ego autem Antonio facillimum me praebui. Etenim ille, quoniam semel induxit animum sibi licere quod vellet, fecisset nihilo minus me invito. Itaque mearum quoque litterarum misi tibi exemplum.

piacevole di un letto «celibe». [6] Ma anche di questo ora basta.

Riprendo proprio il filo del discorso sullo Stato repubblicano ridotto male o, per essere più precisi, addirittura inesistente. Marco Antonio mi ha scritto sul richiamo dall'esilio di Sesto Clelio¹¹, con quanta deferenza nei miei diretti confronti ti renderai conto dalla sua stessa lettera (della quale ti accludo una copia); con quanta mancanza di ritegno, con quanta sconcezza e con quanto rovinosa malignità, sicché talvolta sembra che si debba rimpiangere Cesare: questo lo potrai giudicare facilmente tu. In realtà i provvedimenti che Cesare giammai né prese, né avrebbe preso, né avrebbe tollerato, quelli ora vengono tirati fuori dalle sue raccolte false di appunti. Io, d'altra parte, ho

dichiarato ad Antonio la mia piena disponibilità. In concreto egli, poiché una buona volta si è messo in testa che gli è permesso tutto ciò che vuole, nondimeno si sarebbe regolato in quel modo se io fossi stato di parere contrario. Perciò ti invio una copia anche della mia lettera.